



D. D. MICHAELIS ANTONII
FRANCIS
 DE URRUTIGOYTI
 I. E. D. ET ARCHIDIAconi CESAR AUGUSTANI
 TRACTATUS
 DE ECCLESIIIS CATHEDRALIBUS

Bartholomaeus Privilegiis & Prærogativis;
 IN QUO OMNIA, QUAE AD EARUM ERIGTIONEM,
 utque ad Divisionem celebrationem; singularem partem tam in eorum, quam extra
 torum ipsarum pertinent, iuris studio, ac diligentia collata, habentur.
 OPERA OMNIBUS IN PARS PEXANTIBUS PRÆCIPUE NEXO
 Prælati, Canonici, ac Irregularis Cathedralium, formamque necessarium.
 ACCEDIT TRACTATUS DE IURISDICTIONE ADIUNCTORUM
 D. IUDOVICI A SARAVIA, Ecclesie Archidiecesanæ Castellanae Ca-
 pitalis, ac Vicarii Generalis, à quibus vltis operam.
 COLLATIONE CAPITULORUM, ac RERUM NOTABILIUM.



VENETIS. MDCXCVIII
 Apud Paulum Ballconium.
 SUPERIORUM PERMISSU. ac PRIVILEGIO.



Illustrissimo ac Reverendissimo D.
JOSEPHO
MOLINES
 SACRÆ ROTÆ ROMANÆ AUDITORI.

Optimus Liber, Illustrissime ac Reverendissime Domine, dici meritò potest non fictus Phoenix: sicut enim hic, post senectutem ad plurimos annos provecum, in busto odoris lignis constructo, Solisque radiis accenso dum moritur, sui ipsius hæres,



1080045157

D. B. MICHAELIS ANTONII
FRANCES
TERTIUS
DE ECCLESIA
CATHEDRALIBUS

D. D. MICHAELIS ANTONII
FRANCES
Tractatus
**DE ECCLESIIS
CATHEDRALIBUS.**



D. D. MICHAELIS ANTONII
FRANCES
DE URRUTIGOYTI
J. P. D. ET ARCHIDIACONI CÆSARAUGUSTANI,
TRACTATUS
DE ECCLESIIS CATHEDRALIBUS,

Earúmque Privilegiis, & Prærogativis;
IN QUO OMNIA, QUÆ AD EARUM ERECTIONEM,
usque ad Divinorum celebrationem; singulasque partes tam interiorum, quàm exte-
riorum ipsarum pertinent, summo studio, ac diligentia collecta, habentur.
OPUS OMNIBUS IN JURE VERSANTIBUS, PRÆCIPUE VERO
Prelatis, Canonicis, ac Præbendis Cathedralium, summo perè necessarium.
ACCEDIT TRACTATUS DE JURISDICTIONE ADJUNCTORUM
D. LUDOVICI A SARAVIA, Ecclesiæ Archiepiscopalis Cæsaraugustæ Ca-
nonici, ac Vicarii Generalis, à pluribus valdè optatus,
CUM INDICE CAPITULORUM, AC RERUM NOTABILIUM.



VENETIIS, M.DC.XCVIII.

Apud Paulum Balleonium .

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

FRANCES
DE
ECCLESII
CATHEDRAL

BX1935
.F7
1698
c.1

res, proles, & pater fœcunda è morte re-
nascitur; ita ille post longam ætatem, cum
mori incipit, prælo subjectus, novam vi-
tam ingreditur. Verùm non eodem modo
probata volumina in lucem veniunt, quo
redeunt; quia laudem sperant, timidè ve-
niunt: quia merita jam laude fruuntur,
cum fastu redeunt; coacta primùm typis
mandantur: deinde nos cogunt, ut iterum
imprimantur; nec quærunt, ut in primo
exortu, legentes: à legentibus quæruntur.
Quamobrem in secunda impressione dica-
ri nolunt Viris, nisi præstantissimis; extra
enim invidiam jam posita, utuntur nuncu-
patione non ad patrocinium, sed ad or-
namentum: & eligunt, cujus nomen in fron-
te gerant, non inquirunt. De Ecclesiis Ca-
thedralibus tractatum in nova hac editio-
ne dicavi Tibi justus potius, quàm amans;
(nolo quidquam gloriæ tuæ detrahere, ut
plus lucis addam amoris meo) æquum nam-
que erat redivivum Librum sic alicui inscri-
bere, ut ab eodem ornamentum caperet:
quo autem illustriori nomine ornare illum
poteram, quàm tuo? Quorumdam ambitio
est, ut sui memoriam quàm maximè lon-
gam efficiant, nomen suum typis tradere;
nova nunc, ut ita dicam, typorum ardet

ambitio, & tuum nomen expectant, ut si-
bi gloriam comparent, & Tibi immortalita-
tem largiantur: cum enim Te videant or-
natum virtutibus, & virtutes ornantem:
ita Deo pietate inhærentem, ut ab homini-
bus horridus non recedas: ita affabilem,
ut communices Te omnibus, nulli Te ne-
ges: ita tranquillum, ut videaris curarum Do-
minus, non servus: ita omnium scientia-
rum studio addictum, ut à cunctis meritò
venerationem recipias; mirum non est, si
res etiam, quæ sensu, & ratione carent,
præstare Tibi velle ea, quæ mereris, obse-
quia videantur. Barcinone olim Magister
docuisti cum laude sacra jura, & cœpisti
juvenis, quò pauci senes perveniunt: &
multorum terminus, iter Tibi fuit ad glo-
riam. Lucebas fulgore doctrinæ ea in Aca-
demia, in qua nimium erat observari; ubi
namque sapientiæ dies clarior fulget, quis
sidera suspicit? Sol unus spectatur. Di-
gnitates libentius apud senes hospitantur;
dicuntur illæ onera, sed hujusmodi sunt,
ut firmius stent humeris innixa senilibus;
consilio enim non robore sustentantur;
cur adeò juvenis in eadem Urbe, om-
nium consensu Vicarius Generalis elige-
ris? quia juvenili in corpore ostentabas

animi senectutem . In altissimo fortunæ fastigio collocati sunt Reges , adeoque , quæ inferius jacent , vix cernunt : non , nisi quæ maxima sunt , è longinquo conspiciuntur ; quantus ergo eras , quantum eminebas , cum Te Rex Catholicus non modò vidit ; sed ita Te magnum judicavit , ut ex amplissimo Cathalonix Principatu Te unum sapientissimo illorum duodecim Patrum cœtui adscribendum , qui ad graviores universi Christiani orbis causas dirimendas , ex omnibus Mundi partibus conquiruntur , sanctæ Sedi nominatim obtulerit ? Tu verò ita divisus in omnes ejusdem mundi partes ades consilio , & prudentia earum causis , ut totus in singulis videaris ; non quia sis multiplex ; aut modò hanc , modò illam deseras ; sed quia unus par es omnibus , & illarum qualibet major : sic Te dispensas Italiæ , ut tui aliquid non neget Hispaniæ , & his Te sic communicas , ut ab aliis non desidereris ; sed quàm libenter tecum habitant dignitates ! quæ prior Te occupat , hac lege alias admittit , ut ipsa non excludatur : eodem tempore Te sacræ Rotæ Auditorem , in sacra Congregatione Rituum Prælatum , sanctæ Romanæ & universalis Inquisitionis

Con-

Consultorem , Episcoporum Examinatorem intuetur Roma , mirata , Te tot munera tanta dexteritate obire , & majorum capacem esse . Non mirum ergo , si Tibi potissimum hoc opus dedicatur ; tanti Viri nomine ornari debuit , ut pulchrius in publicam lucem erumperet . Accessit , fateor , meritis tuis mea erga Te observantia ; sed hæc id non ausa fuisset , nisi viam mihi aperuissent virtutes tuæ : nec , ut spero , laudantem excludet modestia , cui in hac epistola studui semper gratificari ; majores enim merebaris laudes , & minores obtuli . Superesset , ut de Libro ipso aliquid dicerem ; sed non possum summam illius laudem verbis amplecti , nisi prius Tu ipse eundem legeris ; summa enim laus ejus est , placuisse Tibi . Mea verò felicitas major hæc erit ; si nimirum hoc minimo quidem , sed ex animo exhibito obsequio non displiceam Tibi . Vale .

Ill.^{mæ} ac Rev.^{mæ} D. Tuæ

Humillimus , & Addictissimus

Paulus Balleonius .

EPISTOLA AD LECTOREM,

Vbi rationes scribendi Tractatum, latè perpenduntur.



Christum Dominum doctrinam suam verbo, non scriptis tradidisse, convenientissimum fuisse, atque adeo nulli libri ab eo scripti habentur in canone Scripturæ, docet D. Tho. in 3. p. q. 42. art. 4. tum propter excellentiam Doctoris, tum propter excellentiam doctrinæ, quæ literis comprehendere non poterat, tum denique ut ordine ad alios diffunderet, dum immediatè suos Discipulos docuit, qui postea scriptis suis mundum imbuerunt Catholica doctrina: at verò homines doctrinam Christi scriptis mandare debere certissimum est, ex eo, nam Christus corda per internum lumen docuit, ne perditâ scripturâ, doctrina perditâ diceretur; Apostolis verò suis sensum Scripturarum aperuit, ut verbo & scriptis alios docerent, ut Cajetanus ibi notavit: quapropter ex pluribus rationibus decrevi hoc Opus pertractare.

Et primò, quod Talentum à Domino commissum abscondere, nec publicè utilitati tradere, superbiâ sapere haud dubiè judicari potest; qua idè notantur aliqui Excellentissimi Viri, qui scriptis tradere suam noluerunt doctrinam, inter quos Pythagoras, & Socrates connumerantur, teste Divo Th. *Supra citato*. Cum igitur Jurisprudentiæ Tractatus maximam utilitatem continent, quoniam experientia docet, propter mendicatas hominum cavillationes, nihil esse tam clarum, quod non valeat aliqua dubitatione offuscari, s. si verò, *Authen. de Tabellion. idcirco volumen volumini adde* decrevit doctus Ciarlinus *contro. forens. cap. 91. num. 1.*

Secundo, nam licet Ego in me ipso insufficientiam meam agnoscerem, utilitatem tractatus Ecclesiæ Dei, quem nemo huc usque quod sciverim pertractavit, satis per commendationem ferebat, & muneris meo propriissimum judicavi: ex quo omnium scientiarum Authorem & Dominum Deum cognoscimus, 1. *Regum 2. & legitur in cap. legitur, 37. distin.* Unde ipsum qui os mutorum aperuit, & linguas infantium fecit esse disertas, *Sapient. 10. adjutorem meæ imbecillitatis fore spero*. Etenim si insipientiam Archidiaconatus institutionem, cujus Dignitate à 23. annis à S. Memoriz & recolendæ Urbano Papa VIII. insignitus fui, in S. Metropolitana Ecclesia CæsarAugustana, quæ *Oculus Episcoporum* dicitur, juxta text. in *can. ad hæc, de off. Archid. ea ratione, nam ejus officium lustrare actus totius Ecclesiæ est, ut eos omnes ad Episcopum referat: can. Diaconi, et primo, ubi Glossi 93. distin. Barbof. de Canon. c. 5. num. 12. qua etiam ratione Magistratus & Judices *Oculi Republicæ* dici solent, de quo plura tradit doctissimus D. Joannes de Solorzano *emblemate 54. n. 3. & emblemate 66. nu. 16. & ea de causa Philo Judæus in lib. de specialibus deflex. inquit: Philosophia est celo in hominum animos, sed oculis sequestris deducta est in hospitium: nam licet hi primi conspexerant divi, quæ à celo ad nos tendunt, &c. merito ad me judicavi præsentis Tractatus scopum pertinere, qui Episcoporum omnium, respectu suarum sponfarum Ecclesiarum, majestatem, in commune totius Republicæ Christianæ commodum, aperiret.**

Nec mihi dicatur arrogantiz verti posse, quod inter tantos hujus dignitatis totius Orbis Viros, Ego solus hanc gloriam mihi adscribere volo, cum tot, tantique Viri illustiores, imò omnes reperiantur, præcipuè in hoc ipso CæsarAugustano Archidiaconatu, quem paucis antè annis non solum ipsum, verum etiam Ecclesiæ universalem illustrarunt, inter ceteros Doctissimos & Illustrissimos Don Franciscus Pesa S. Roræ Romanæ Decanus, cujus laudes Frater meus Illustriss. D. D. Didacus Antonius Frances de Urratigoyti nunc emeritus Episcopus Barbastrensis, in 1. *romo suarum decisionum*, quas *Additionibus variis* illustravit, satis superque commendat: nam ut optimè Cayalius in *Oculo Republicæ nu. 28.* notavit, quoties pluralia tendunt ad unum, in singulari debent proferri, exemplum ponens in oculis: nec mirum est, si Deus Optimus Maximus mihi omnium minimo hoc Opus aperire voluit, ut omnia ipsi debeantur; cum humilia sæpè respiciat ut fortia quæque confundat. Ex quibus humiliter confidentia spero Deum Optimum Maximum adfuturum in ore meo, docturumque me quid sit loquendum, juxta illud quod Moyse timentis dixit *Exod. 4. 12. Perge igitur, & ego ero in ore tuo: doceboque te quid loquaris*. Ad quæ me maximè movet Dignitas Archidiaconi, quæ me impulit, ut non mihi soli, sed & Republicæ, & populo Christiano universo deservire debeam; neque enim nobis tantum nascimur: ex *text. in l. 1. §. sic, ff. qui in possessionem, juncto Carolo Maranta contro. Jur. p. 2. resp. 52. num. 9.*

Tertio, nam licet verum sit, nihil esse sub Sole novum, nec posse dici, hoc recens est, ut *Eccles. cap. 1. numer. 10.* legitur; tamen cum præsentis Tractatus materias ab aliis Doctoribus non invenierim pertractatas, ab eis solum lumen, non essentiam rei accepi, & ut excogitavi Deo duce & natura operante sum, quæ alimenta non conservat in sua qualitate: ut ex *Macrobi. lib. 7. Saturn. c. 4. & Bald. proem. Decret. in fin.* tradidit Cavaz. *supra cit. ex n. 55. cum seqq.* quem omnino vides circa modum scribendi libros.

Quarto, movit præsentis Tractatus materia, in qua Cathedralium Ecclesiarum prærogativæ, favores, & privilegia à jure concessa adeò obscura, & sub tenebris oblivionis involuta reperiuntur, ut plurima eorum antiquata cererem; quæ non revelare, criminis instar esset; hoc enim inter species latrocinii secundum veram Jurisprudentiam connumeratur, & eadem poena punitur: argumento *text. in l. hereditatum, in fine, ff. ad leg. falcid. de quo plura tradunt Gratian. disp. 111. n. 23. Gigas conf. 70.*

Quinto, nam cum Ecclesiæ Cathedralis ea de causa introducta fuerint, ut ordinem in Ecclesia Militanti constituerent, & ab eis omnes inferiores, Leges acciperent, c. *de his, 11. distin.* merito is honor à pluribus seculis eis debebatur, quandoquidem ordo omnia in unitate conservat, de quo plura cumulat *Gigas d. conf. 70. in princip. usque ad num. 6.* Unde ad Ecclesiæ militantis unitatem & gubernium institutas esse Cathedralis docet *text. in c. ad hoc, 89. distin.* cui addendus est Tambur. *de Jur. Abbat. tom. 1. disp. 25. q. 2. in princ. & quæ dicimus cap. 1. hujus Operis.*

Nec

Nec mihi satisfaciat, plura ex his, quæ in hoc Tractatu copævantur, sparsim pluribus in locis inveniri; partim sacrorum Tribunalium autoritate decisa, partim gravissimorum Authorum doctrina explicata: Nam cum in unum coagulata non existant, sequutus sui sententiam doctissimi Bobadilla *in polit. lib. 4. cap. 4. in princ. docentis, autoritate Glossæ in s. igitur, verbo partiri, in proem. insinuat, specialitatem & divisionem materiarum animum incitare, ingenium præparare, memoriamque reformare; nec alio modo rectè capi per Regulas generales, quæ ingenium confundunt: qua ratione, ut magis honoretur Dominus de mea substantia, sicut *Proverb. 3. legitur, & ut ipsi magis placerem, ne arborem meam sine fructu inveniens, aridam faciat, sicut *Matthai 21. legitur de ficu arefacta, ubi in ea fructum non invenit: mentem igitur sequutus Cavaz. supra, n. 54. hoc Opus incoepi, beatitudinem non solum in æterna vita, quæ vera beatitudo est, sed suo modo in hac appetendo, edoctus à Seneca *Epistola 98. dum dicit: Non potest quisquam beatè degere, quise tantum intueret, qui omnia ad utilitates suas convertit; alteri vivas oportet, si vis ubique vivere. Cui adde Rubéis in *introduc. ad dec. Regentior. tom. 2. p. 4. de Anno 1624. usque ad 1626. n. 7. Unde non sufficere judicavi si scirentur materiæ & præminentia Cathedralium, nisi ordinatè invenirentur: non enim est perfectæ cognitionis scire quid facias, & nescire quo ordine facias: ut per Decium *conf. 696. nu. 21. p. 5. & plures quos sequitur Baldes in *traff. de Eleemos. in princ. numer. 5. & 6. Non tam quæsi nomen Laboriosi in cumulando, quam Ingeniosi in inveniendo; exemplo Labconis in l. 2. ff. de orig. Jur. cui adde Strach. in *traff. de Decoctor. in 2. p. ult. par. princip. Cavaz. n. 59. Nec hoc quod dixi superbiâ sapere credas, Lector amice, nam ut optimè notavit Navar. in *e. inter. ver. quinta conclusio, 11. q. 3. quem sequutus est Flam. Paris. de resign. benef. lib. 5. q. 3. n. 228. nulla est humilitas, quæ illudine gloriæ non tangatur, quæ non debet vituperari, quotiescumque totum ad Deum refertur: juxta illud *Jerem. 9. 23. Non gloriatur sapiens in sapientia sua, nec fortis in fortitudine sua, nec dives in divitiis suis: sed in hoc gloriatur, qui gloriatur, sicut & nosse me. Ut explicat D. Thomas 2. 2. q. 132. art. 1. ad 3. quibus addendus est Baldes *traff. de Eleemos. in princ.***********

Sed si rationem electionis quaras, dico quod præter adductas, licet plurimas congerere possim, tamen brevitate studendo dico, quod qui oblivionis studio privilegia Cathedralium amittit, non earum contructor, sed fever est: juxta text. in terminis in *e. sic, cum pluribus seqq. 25. q. 2. Quare cum ratio oblivionis & ignorantia fuerit principium plurium eorum, quæ in hoc Tractatu peragenda sunt, merito hoc mihi penitium elegi, cum omnia à principio suo scienda sint: l. 1. in princ. *vers. cervæ, de orig. Jur. ubi multa adducit Cagnolus *ex num. 33. & remissivè Lotterius de re benef. lib. 2. q. 3. num. 2. quibus addenda sunt quæ notata reliquimus in *traff. unica & perennis Cathed. CæsarAugust. in Epistola, præcipuè in hac materia, in qua ad dandum notitiam in rebus fidei, principia rerum scire oportet: c. qui de mensa, 37. distin. & de utilitate circa omnium librorum lectionem tam sacra Pagina, quam aliorum, videndus Petrus Greg. *traff. de Repub. lib. 12. c. 5. usque ad 12. Cohello in noticia Cardinalarum c. 15. Congregatione 10. in fine. Et licet Cavaz. supra, ex n. 88. satisfaciât dilationi in publicatione Operis sui, tum ne opus nudatum publicum infestaret oculum, contra *text. in l. cum supra viventes, Cod. de re milit. tamen hoc ne nequaquam retardabat, sed tantum Bartoli doctrina, & exemplum, qui licet in *Juris Civilis vastissimo Campo omnium consensu Magister omnium fuerit, tamen quinquennium explevit integrum in repetit. *text. in l. de etate. ff. de minor. ut refert Ricar. in eius vita, à quo sumpsit Beyerl. in *Theat. vita hum. in lib. 1. in ult. vers. fol. mibi 176. tom. 4. cui addendum est aliud, docens quod libri scribendi sunt in loco à turba separato, exemplo septuaginta Interpretum, teste eod. Beyerlinch *lib. 1. verb. Academia, fol. mibi 31. Hæc ergo rectè pertimescebam; nam S. Augustinus sæpius conquirebatur ex eo quod studere non valebat, litium judicandarum causa sui Episcopatus; teste Cardinale Baronio *anno 57. nu. 27. pag. 495. quid ego miser dicam, qui nec Bartoli scientiam in *Jure, nec Divi Augustini expeditionem relicta scientia & studio proferre possum, nec audeo, tantis occupationibus implicatus; testes sunt omnes, qui me cognoscunt & me familiariter utuntur. Qua ratione rectè timeo ne Opus hoc parum felicem nanciscatur exitum. Unde, Lector benevole, si plura fortè errantia inveneris circa doctrinam, benigne parce & corriges, illud enim divinum judicatur semper fuit, quod in Templi Salomonis fabrica nullus fuerit auditus malles, nec aliquod ferramentum genus, secundum Cavaz. n. 96. qui optimè notavit *num. 93. non omnia omnibus placere: alii enim pacis; alii verò bellorum leges laudant: nec enim unumque (suis deest detractor, teste Nevizano in *stylia nuptiali, verbo quomodo iudicandum, nu. 25. & si hoc timeo curioseperemur, quomodo communi utilitati proficeremus? de quo plura vide, & de remedio contra detractores apud Cabasium, ex n. 97. Quare ut munus operis & ejus tractatio, Templi Salomonis excedit fabricam, cum & plusquam Salomonis sit assumptum, cum fuerit Jesu Christi Domini nostri templum, in plantatione suarum Cathedralium, in quibus tanquam in sponis Episcoporum, Apostolorum suorum Successorum, totam legis gratiam tradendam plebi ve reliquit; dignus venia sum, etsi errata plurima invenias, quæ mallei loco deserviant.**************

Sed cum hæc scriberem, casu ad manus venit Francisci Sanchez Medici Tolosani Opus, qui post observationem Medicarum Tractatum absolutum, quod nihil scitur, in calce ipsius scripsit libri; idque in Arte Medica apprimè probat: concludendo, quod scientificè à prima causa radicaliter nihil scitur. Fateor me dubitalitè quomodo tot tantique libri scribantur? cum verum sit, quod iste Sanchez excogitavit: qua de causa in hebetudinem mentis meæ concidisse fateor, ut cogitarem mecum inutilem esse præsentis Tractatus laborem, si verum erat Francisci Sanchez assumptum: at verò postquam illud legi, cognovi id verificari in Apollinea scientia, ut ex illius lectura satisfaciât sibi Lector: ex quo conjicio, in quanto verferetur salus nostra periculo, cum ipsi doctiores Medicinæ Professores fateantur, quod nihil scitur. Cujus exemplum in terminis invenitur apud Plutarchum, teste Beyerlinch in *Theat. vita hum. verbo Medicina, vers. Medicorum certamina, fol. mibi 389. ubi sic ait: Cleodemus medicus apud Plutarchum in convivio sapientum avgna de cucurbitulis propositum, cuius etiam Aristot. 3. Rhetor. meminit, explicare non potuit, quamvis ipse bis frequenter uteretur, quodque nobilitatus esset. Unde Cornelius Celsus insignis Medicus in *traff. de re Medica, lib. 7. in princ. ait: his in morbis curandis multum fortuna conferat: si ergo magis fortuna quam arte ut plurimum curemur, alii judicent; Ego enim, qui omnibus placere studeo, ut in gratiam redeam Medicorum, adduco eundem Plutarchum in *comment. de Homero, ubi de omnibus ferè Medicinæ partibus rectè judicasse testatur. Verum Amice Lector, in hac materia ut mihi & aliis facilius parcas, accipe Molani, in suo diario, c. 34. consilium, dum docet: In morbis chronicis seu decurrentibus optimam esse Medicinam, non uti Medicinam. Vale, & Valebis.***

IN-

INDEX CAPITULORUM.

CAP. I. D e Institutione & origine Ecclesiarum Cathedralium, initio nascentis Ecclesie. pag. I	CAP. XVIII. De Pulpito Ecclesie Cathedralis. 181
CAP. II. An Ecclesie Cathedralis, eodem tempore quo Episcopatus, fundatae fuerint; an vero postea, & quando. 10	CAP. XIX. De fonte Baptismali Ecclesie Cathedralis. 195
CAP. III. Quis Cathedralis Ecclesias erigere possit. 23	CAP. XX. De Sacrificiis Ecclesie Cathedralis. 203
CAP. IV. An Ecclesie Cathedralis in quocumque loco erigi possint. 34	CAP. XXI. De Parochia Ecclesie Cathedralis. 210
CAP. V. De forma & structura Ecclesiarum Cathedralium. 43	CAP. XXII. De Capitulo sive Aula Capitulari Ecclesie Cathedralis. 225
CAP. VI. De causis erigendi novas Cathedralis. 61	CAP. XXIII. De Archivio Ecclesie Cathedralis. 230
CAP. VII. De causis Translationis Ecclesie Cathedralis. 70	CAP. XXIV. De Campanis Ecclesiarum Cathedralium, & earum Campanis. 235
CAP. VIII. De Unione Ecclesiarum Cathedralium. 76	CAP. XXV. De Confraternitatibus Ecclesiarum Cathedralium. 247
CAP. IX. De causis privandi Ecclesias Cathedralis sua Cathedralitate. 102	CAP. XXVI. De Cæmeteriis Ecclesiarum Cathedralium. 271
CAP. X. De Variis dubiis, qua in erectione novarum Cathedralium offerri possunt. 110	CAP. XXVII. De Hospitalibus Ecclesiarum Cathedralium. 284
CAP. XI. De Variis dubiis, qua suboriri solent post novam Ecclesie Cathedralis erectionem. 121	CAP. XXVIII. De Seminariis Ecclesiarum Cathedralium. 293
CAP. XII. De Templo Ecclesie Cathedralis adificando. 125	CAP. XXIX. De Domibus seu Palatiis Episcoporum. 328
CAP. XIII. De reparatione seu renovatione Ecclesiarum Cathedralium. 129	CAP. XXX. De Ecclesiis Cathedralibus exemptis. 337
CAP. XIV. De Ecclesiis Cathedralibus secundum presentem statum. 136	CAP. XXXI. De Ecclesiis Cathedralibus Regularibus. 352
CAP. XV. De Variis nominibus Ecclesiarum Cathedralium. 146	CAP. XXXII. De Ecclesiis Cathedralibus Captivis in manibus Infidelium, sive ab Hostibus detentis. 358
CAP. XVI. De Cappellis Ecclesiarum Cathedralium. 156	CAP. XXXIII. De differentia & superioritate Ecclesiarum Cathedralium inter se. 367
CAP. XVII. De sepulchris Ecclesiarum Cathedralium. 169	CAP. XXXIV. De Dedicacione Ecclesiarum Cathedralium. 377
	CAP. XXXV. Et ultimum, ubi enumerantur omnes Ecclesie Cathedralis cuiuscumque gradus & conditionis totius Orbis. 386

NOI RIFORMATORI Dello Studio di Padova.

HAvendo veduto per la fede di revisione, & approvazione del P. Fr. Ant. Leoni Inquisitore nel Libro intitolato *Tractatus de Ecclesiis Cathedralibus, earumque privilegiis, & prerogativis*, Autore Michaeli Antonio Frances, non esservi cos' alcuna contro la Santa Fede Cattolica, & parimenti per attestato del Segretario nostro niente contro Principi, e buoni costumi, concedendo licenza, che possi esser stampato, osservando gl'ordini in materia di stampe, e presentando le solite copie alle publiche Librarie di Venetia, e di Padova.

Dat. 22. Maggio 1697.

Afcanio Giustinian 2. Cav. Rifor.

Sebastiano Foscarini Cav. Proc. Rifor.

Agostino Cadaldini Segr.

TRA-



TRACTATUS DE CATHEDRALIBUS ECCLESIIS, Earumque Privilegiis & Prærogativis.

CAPUT I

De Institutione & Origine Ecclesiarum Cathedralium, initio nascentis Ecclesie genitarum.

SYM M A R I V M.

Christus qua de causa Apostolos nominavit, 1.
Ecclesia qua de causa in Unitate consistat, 2.6.
Ecclesie fundamenta ubi inceperunt, 3.4.
Adam Prophetæ fuit, 4.
Genesis c. 2. interpretatur de Ecclesia, 4.
Ecclesia post mortem Salvatoris ab Apostolis & Discipulis sedem accepit, 5.
Ecclesie radices in Cælo sunt, 6.
Ecclesiam per Apostolos venit Christus, 7.
Ideo sunt Episcopi effecti, 7.
S. Petrus Apostolici Ordinis caput, 8.
S. Petrus an solus à Christo fuerit Episcopus ordinatus, 9. 13.
& seqq.
S. Petrus, Joannem Episcopum ordinavit: hi vero duo Jacobum Zebedæum, 10.
Differentia in primitiva Ecclesia inter Presbyteros & Episcopos, 11.
Origo iurisdictionis Episcoporum, 11.
Promissio facta à Domino, S. Petro, Tu es Petrus: & quando confirmata fuit, 12.
Apostoli omnes parum cum S. Petro acceperunt potestatem, 13. 20.
Quare Christus Dominus dum viveret Ecclesiam per se non per Apostolos gubernaverit, 13.
An immediate à Christo Episcopalis ordo, & quando institutus, 14.
Sola S. Petri ordinatio fuit perpetua; cæterorum vero temporaria quatenus universalis, 15. 17.
Omnes Apostoli S. Petro fuerunt subiecti, 15. 17.
S. Petrus Episcopatus divisit: & quomodo, 16.
Divisio Ecclesiarum Cathedralium à Papa pendet, 16.
Episcopi in locum Apostolorum suscepti non successerunt universaliter, sed particulariter profuis Ecclesiis, 18. 20.
Episcopi pares esse in potestate cum Apostolis, quomodo intelligitur, 19.
Frances de Eccles. Cathedr.

Apostoli potestatem universalem non exeruerunt absque licentia S. Petri, 20.
Episcopi quando singulis Ecclesiis designati, 21.
Presbyteri, quando ceperunt Episcopos subiecti, 21. 22.
Presbyter idem erat ac Episcopus, 22.
Episcopi, maiores; Presbyteri minores vocabantur Sacerdotes, 23.
Eorum officia ex divina institutione fuerunt distincta, ibidem.
Dioceses quando assignate sunt, 24.
Ecclesie quomodo divisa fuerunt à principio, ibid.
Ecclesiarum divisio quare fuit introducta, 25.
Ecclesia Militans ad instar Triumphantis plantata, 26.
Ordo rerum quomodo designatur, 27.
Ecclesia quare est uti Castrorum acies ordinata, 28.
Cathedralium institutio quam gloriosa fuerit, 29.
Episcopi positi in civitatibus ad tollendam idolorum memoriam, 30.
Episcopi loco Flamminum, & Archiflamminum positi, 30. 39.
Flamines qui fuerint, 31.
Unde dicti, 31.
Eorum officium; 31.
Sacerdotium, & Episcopatus, Flamminum dicebatur, 32.
Episcoporum & Flamminum similitudo, 33.
Cathedrales à Civitate denominantur, 33.
B. Petrus quo pacto Episcopatum gradus instituit, 34.
Ecclesia ritus Infidelium & festivitates, ipsis conversis, retinuit, ac causam eorum in melius convertit, & ad Christianum usum traduxit, ibid.
Ordinis Episcopalis divisio, 35.
Episcopi, & Archiepiscopi, Patriarchæ & Primate ad formam Civitatis Republicæ instituti, 36.
Iuxta qualitatem Civitatum, 46.
In primitiva Ecclesia Episcopi tantum fuerunt, 37.
Episcopi collocati ubi antea erant Magistratus, 38.
Qua de causa id factum fuerit, 39. & seqq. 45.
Episcopi positi iuxta qualitatem Civitatum, 39. 46.
Ad tollendam memoriam idolorum & prophetarum sacrificiorum, 40. 42.
Exempla, 41.
Hic mos à Gentilibus desumptus, 42.
Ad imitationem item Cælestis Hierarchie, 43.
Episcopi ideo positi ut Ecclesia expeditiori modo gubernaretur, 44.

A Cesar.